

ordine prosequitur per tractationem (24). Extant tomo IX operum ejusdem.

*Secundus* est Venerabilis Beda, qui S. Augustinum passim et subinde ad verbum consecatur.

*Tertius* est auctor Glossae, Ubi adverte in Glossa communi triplicem confineri Glossam. Prima est interlinearis, quae inter lineas textus sancte Scriptura inseritur, ideoque breviter, sed prout lim, multa doceat et utiliter tangit. Secunda est glossa, que ad marginem textus sanctorum scriptorum collocatur, et vocatur *Glossa ordinaria*. Tertia, que huic submetitur, est *Glossa Nicolai Lyrae*. Prime Interlinearis auctorem esse Anselmum Laodicensem, cognomento Scholasticum, censet. Sixtus Senensis, Franciscus Ribera et illi Anselmus hic floruit anno Domini 1110.

Seconda Glossa, scilicet *Ordinaria*, idem Sixtus, Ribera et auctorem faciunt Strabum, monachum Fulensem, auditorem Rabani Mauri, sub annum Domini 820, qui eam ex Rabano, S. Gregorio aliquis Patribus confavit.

Tertia auctorem suum presertim Nicolaum de Lyra, sive dictum a Lyra, vice Normannie, qui, genere et gente Iudeus, conversus ad Christum et S. Francisci Ordinem ingressus, docuit Theologiam Scholasticam, anno Domini 1320, vir doctus et lingue Hebraica peritus. Hic Glossam filio tempore insignem scripsit, qua Joannes et ceteros hagiographos ad litteram explicat, adeo ut de eo vulgi ore olim tritum fuerit.

Posterioribus seculis, et presertim nostro hominum eruditissimo, plures in S. Joannem commentarii sunt. Prae aliis excellunt Joannes Maldonatus et Societas Jesu, qui fuisse est, acutus, elegans et doctus; Cornelius Jansenius, qui exactus, solidus et genuinus; Franciscus Tolotus, qui acri judicio sapidus est et pulcher, presertim in applicandis metaphoris et similitudinibus, earumque analogiis, v. g. utr Christus vocetur vita, panis, vita, lux, osium, pastor; utr Spiritus Sanctus nuncupetur aqua viva, columna, ignis, etc. Sebastianus Barradius litteram recte fundat, et moralia miscent, concionatoribus dicendi materiam et spiritum subministrat. Franciscus Lucas totus litteralis est, sed litteram ad ipsos affectus traducit. Franciscus Ribera brevis, sed more suo rarus et eruditus: posthunc est, et post mortem Ribera in lucem editus.

Ex heretico in S. Joannem scripsere Mariano Bucerus, Wolfgangus Musculus, Bullingerus, Brentius, Calvinus ac Theodorus Beza; et quibus omnibus Augustinus Marloratus Catena consarcinavit, quam in Belgio perlegi et collata.

## SANCTUM

## JESU CHRISTI EVANGELIUM

## SECUNDUM JOANNEM.

Hic est titulus in Codicibus Graecis et Latinis; in Syriacis hic est: *Evangelium Sanctum preconatum Jouchanon (Joannis)*, quod locutus est et praedicavit Ionice (Greece) *Ephesi*; in Arabicis hic est: *Evangelium Sancti magni discipuli, Apostoli Joannis, filii Zebedaei*, dilecti Domino nostro Iesu Christo.

## CAPUT PRIMUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Desribit Verbi aeterni originem, et ex Deo Patre generationem, omnipotentiam, omniscientiam, ac tandem vers. 14, Incarnationem, et gratiae plenitudinem. Secundo, vers. 19, testimonium quod Joannes Baptista Iudaeis interrogatis dedit de Iesu; scilicet ipsum esse Messiam et Agnum, qui tollit peccatum mundi. Tertio, vers. 31, narrat duos Joannis discipulos visitasse Christum, et quibus unus Andreas fratrem suum Simonem adduxit ad Christum, cui Christus: Tu, sit, vocaberis Cephas, id est Petrus. Quarto, vers. 43, ad sui sequulam vocat Philippum, hic Nathanael ad Christum adducit, qui ei secreta sua sub pectus facta pandens, ab eo agnoscat esse Messias. Unde Christus ei promittit maiora, scilicet, quod visurus sit angelos et calo a se descendentes et ascendentes.

1. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. 2. Hoc erat in principio apud Deum. 3. Omnia per ipsum facta sunt; et sine ipso factum est nihil, quod factum est. 4. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum; 5. et lux in tenebris lucebat, et tenebrae eam non comprehenderunt. 6. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. 7. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. 8. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. 9. Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 10. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. 11. In propria venit, et sui eum non receperunt. 12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, hi qui credunt in nomine eius: 13. qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. 14. Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. 15. Joannes testimonium perhibet de ipso, et clamat dicens: Hic erat, quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. 16. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia. 17. Quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est. 18. Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patri, ipse enarravit. 19. Et hoc est testimonium Joannis, quando miserunt Iudei ab Ierosolymis sacerdotes et Levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? 20. Et confessus est, et non negavit; et confessus est: Quia non sum ego Christus. 21. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. 22. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus?

his qui miserunt nos? quid dicens de teipso? 23. Ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigate viam Domini, sicut dixit Isaías propheta. 24. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. 25. Et interrogaverunt eum, et dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? 26. Respondit eis Joannes, dicens: Ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. 27. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenta. 28. Hæc in Bethania facta sunt trans Jordarem, ubi erat Joannes baptizans. 29. Altera die vidi Joannes Jesum venientem ad se, et ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. 30. Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prius me erat; 31. et ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. 32. Et testimonium peribuit Joannes, dicens: Quia vidi spiritum descendenteum quasi columbam de celo, et mansit super eum. 33. Et ego nesciebam eum; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendenter, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto. 34. Et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei. 35. Altera die iterum stabat Joannes, et ex discipulis ejus dicitur. 36. Et respiciens Jesus ambulanteum, dixit: Ecce agnus Dei. 37. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, et secuti sunt Jesum. 38. Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum, Magister), ubi habitas? 39. Dicit eis: Venite, et videbit. Venerunt, et videbant ubi maneret, et apud eum manserent de illo: hora autem era quasi decima. 40. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant a Joanne, et secuti fuerant eum. 41. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dicit ei: Invenimus Messiam (quod est interpretatum Christus). 42. Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem eum Jesus, dixit: Tu es Simon, filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. 43. In crastinum voluit exire in Galilæam, et invenit Philippum. Et dicit ei Jesus: Sequere me. 44. Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate Andreæ et Petri. 45. Invenit Philippus Nathanael, et dicit ei: Quem scriptis Moyses in lege, et Propheta, invenimus Iesum filium Joseph a Nazareth. 46. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, et vide. 47. Vidi Jesus Nathanael venientem ad se, et dicit de eo: Ecce vere Israhæla, in quo delus non est. 48. Dicit ei Nathanael: Unde me nos? Respondit Jesus, et dixit ei: Prieusquam tu Philippum vocaret, cùm es sub fico, vidi te. 49. Respondit ei Nathanael, et ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. 50. Respondit Jesus, et dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub fico, credis: magis huius videbis. 51. Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis celum apertum, et angelos Dei ascenderentes et descendentes supra Filium hominis.

1. IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM (1). — Sic Syrus, Ægyptius, Æthiopius, Persicus et Arabicus; nisi quod hic secundo et tertio loco addat articulum, dicens: Et illud Verbum erat apud Deum, et Deus erat illud Verbum. » Porro, Æthiopius habet ea seriem in exilio Evangelii Joannis, optimè dat P. Patritius, op. cit. lib. III, dissert. viii, n. 2, cuius haec sunt verba proutum contracta: Exponit Joannes primo Verbi diuinæ aeternitatem: In principio erat Verbum; tum distinctum a Patre temporis; et Verbum erat apud Deum; quam denique Verbum habet cum Patre hypostata: et Deus erat Verbum, vers. 4. Tum tria haec simul collecta in unam sententiam denuo affirmat, vers. 2. Deinde Verbum

picus habet eal, id est Verbum; sic et ceteri omnes: quare minus recte Erasmus et Novantes pro Verbum vertunt sermo, de quo mox plura.

(1) Secunditer enim ea seriem in exilio Evangelii Joannis, optimè dat P. Patritius, op. cit. lib. III, dissert. viii, n. 2, cuius haec sunt verba proutum contracta: Exponit Joannes primo Verbi diuinæ aeternitatem: In principio erat Verbum; tum distinctum a Patre temporis; et Verbum erat apud Deum; quam denique Verbum habet cum Patre hypostata: et Deus erat Verbum, vers. 4. Tum tria haec simul collecta in unam sententiam denuo affirmat, vers. 2. Deinde Verbum

divinam et aeternam, deinde humanam et temporalem enarrare; secundo, quia tempore S. Joannis, oportet facere hereses Cerinthi et Ebionis uegantium Christi divinitatem, quae etiamnum in nostris Transylvaniis Arianis, Poloniis Ebionitis, ac Syris Nestorianis perdurant. Ita S. Chrysostomus, Hieronymus, Epiphanius, Ireneus, et ex illo Maldonatus.

Similiter orditur Moses genesis mundi, dicens: « In principio creavit Deus celum et terram. » Orditur ergo Moses a creatione mundi, Joannes vero longe altius a Verbi aeternitate. Moses assignat principiū temporis, quo Deus omnia fecit; Joannes assignat principiū quadrupliciter aeterno, quando erat Verbum, per quod in tempore omnia a Deo facta sunt. Joannes ergo hoc Mosis exponere supponens, supplex et preveniens principiū creationis mundi, longe anterioris Verbi ipsius, quando (ut ita dicam) esse coepit, dat principiū. Quocirca Tertullianus, lib. *Contra Hernogenem*, vere asserit Evangelium veteris Testamenti esse supplementum.

Alludit S. Joannes ad *Ecclesiasticus*, xxiv, 5: « Ego (Sapientia eterna) ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. » Et *Prov. viii*, 22: « Dominus possedit (Septuaginta τέκειν id est condidit; S. Ambrosius, ... illi De Fide, cap. iv, creavit) me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio; » ubi Septuaginta vertunt: « Dominus concidit me principium viarum suarum in opera sua: ante seculum fundavit me in principio, antequam terram faceret et abyssos constitueret; » Aquila: « Dominus possedit me ab initio opificiorum suorum; » Symmachus: « Dominus possedit me principium viarum suarum, omni opificio suum; » Theodoretus: « Dominus possedit me principium viarum suarum, omni opificio suum; » Et dicit: « Dominus possedit me aeternum principium; » a tune, et ex tune, ante seculum preparata sum. » Vide ibi dicta.

In PRINCIPIO. — Hoc est primo, in Patre aeterno, ali. S. Cyrius et Origenes; nam mox Joannes, vers. 14, ait Verbum esse in sinu Patris. Secundo, simplicius S. Augustinus, Beda et S. Hilarius, « In principio, » scilicet mundi vel temporis, etiam imaginari, illius scilicet quod ante mundum imaginari potes, ab aeterno fluxisse; q. d. Verbum non est factum in principio temporis, etiam imaginabilis et antiquissimi, sed jam tunctum, quia non est factum, sed genitum ab aeterno. Tertio, simplicissime idem S. Augustinus, Chrysostomus, Theophylactus et S. Basilius in hec verba S. Joannis, « In principio, » id est ante omnia, adventum, huiusque adventus causam atque successum, sicut ipius testis ἐπίκρισιν summatione perstringit, sicut ipse primo testis oculatum subtiliter cum ceteris, et Joan. baptistam, vers. 9-16. Que denique bona Verbum caro factum nobis attulit, pacis commemorat, vers. 16, 17; ac postremo, quo pravertat dubitationem, unde divina hec mysteria cognoverit, nam Deum nemo vidit unquam, ipsius Verbi testimonio data comprobata, vers. 18.

Δύο γάρ οὖτος, ἐν ἀρχήστη λόγος ἡγετή,  
τοιούτους, γνωρίζεις φύσικος, μᾶλλον ἀνθρώπος.  
τοιούτους,

hoc est:

Sine tempore erat, incomprehensibile, in ineffabili Verbum principio,  
Æqualis natura, Patri coeternum, filius sine matre.

Dices: Aeternitas est duratio infinita, carens principiū et fine; cur ergo hie datur ei principiū? Respondeo: Causa est, infirmitas humani intellectus, qui non potest aeternitatem comprehendere, nec distincke concipere, nisi per comparisonem ad tempus, ideoque concepit aeternitatem esse durationem, quae omni tempori presenti, futuro et praeterito, non tantum vero, sed et imaginario coexistit, immo omnia tempus praeventum et antecedit. Sensus ergo est, q. d. In principio, id est ante omne tempus, etiam quod mente imaginari, fingere et concipere potes, erat Verbum: finge miliones millionum annorum, quotquot mente concipere vales; ante omnes filios et infinitos quos semper adjicere potes, erat Verbum. Hac de causa S. Joannes quater repedit et erat: « In principio, ait, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum: » ut quocumque tempus cogites, scias quod in illo iam erat Verbum; quodcumque ævum concipias, scias quod in illo erat Verbum; quodcumque sæculum mente anticipes, scias quod in illo iam erat Verbum. Sic ergo principiū hie sumitur respectivo; dicit enim respectum ad omnia tempora, eo quod illa longe antecedat. Sicut enim tota quantitas et immensitas Dei est in qualibet loco et spatio, immo in qualibet ejus puncto, et tamen illa ambit omnia spatia et loca, etiam illa que supra celos imaginari possumus: sic etiam aeternitas Dei, que tota est in uno nunc, sive in uno puncto durationis temporis, ambit et complectitur omne tempus praeteritum, præsens et futurum, ac omne illud longe superat, antecedit et transcendet; et hoc volumus significare, dum

S. Joannes dicitur *etiam fuisse in principio.*

Rursus mens nostra per hanc comparationem principii, sive eternitatis ad tempus quodlibet, ascendit ad ipsam eternitatis antiquitatem et quasi originem, illam positivam in se considerando, illamque vocat *principium*, hoc est initium omnis durationis et eternitatis; sed hoc initium revera est sine inicio, et principium carentis principio, igitur ut concepiamus et exprimamus rem quamquam non copiam in tempore, sed esse eternam et fuisse ab eterno, dicimus illam fuisse in principio omnis durationis et eternitatis, per quod nul aliud significamus, quam illam fuisse semper, fuisse ab eterno, fuisse ab omni eternitate. Hoc ergo sensu Joannes ait: «In principio erat Verbum.» Et Psaltes, Psal. cxix: «Tunc principium in die virtutum tue.» Et sic vulgo dicimus Deum extitisse a principio eternitatis, id est ab omni eternitate. Principium ergo hic non initium aliquod, sed ipsum in se eternitatem quo fuit a principio, denotat.

Erat. — Tū erat, al. S. Basilus in hœc S. Joannis verba, nos ducit ad «eternitatem»: «Non quasi ē erat significat Verbum antecessisse principium de quo dicitur: «In principio erat,» ac consequenter principium temporis et mundi hic accipiendo sit, sed quod in principio durationis vel eternitatis (quod Verbum non antecessit nisi ratione tantum: sicut enim res quilibet suam durationem sumunque tempus vel ævum ratione antecedit, sic et Deus suam durationem et eternitatem: duratio enim est relata quae existit et durat, duratio et mensura), hoc est iam olim ab omni eternitate erat Verbum. Ubi nota, dici erat, non fuit, quia fuit significat rem fuisse et preterfuisse: erat vero significat elianum esse, sive esse permanentem et eternam. Ita S. Chrysostomus, Cyrilus et Theophylactus. Spiritus Sanctus ergo posuit ē erat in mente et calamo Joannis, contra Arianos, quos prævidebat futuros, horum enim vox fuit: «Erat quando non erat: hoc est, erat tempus, quando non erat Filius; quam eorum vocem ex hisce S. Joannis verbis damnat Concilium Nicenum, quia scilicet «in principio», id est semper ab eterno, «erat Verbum.»

Rursus, «in principio erat Verbum,» id est ab eterno genitus est Verbum; hec enim generatione in voce Verbum includitur, ut mox ostendam.

Insuper Elias Cretensis, in orat. 4 De Theol. S. Gregorii Nazianzeni, notat verbum substantivum, est et erat proximum esse Dei; dicitur enim ab essendi plenitudine. Unde Deus Hebrei vocatur *Iehova*, sive, qui est; Graece ἦσται, de quo multa dixi Exodi iii, 14.

Verbum. — Graece ἦσται, id est illud Verbum, scilicet eternum et divinum, hoc est Filius Dei, ut etiam ipsi Ariani olim fatebantur: nam paulo post Joannes, vers. 14, hoc «Verbum» vocat unigenitum Patris. Et ita pas-

sim in Scriptura Filius vocatur Verbum Patris, licet S. Basilus putet Spiritum Sanctum quoque posse dici *Verbum*; sed recte adverdit D. Thomas id impropter duxtaxat dici posse.

Quemque, cum Filius Dei dicitur ἦσται, id est Verbum?

Respondet: ἦσται. Graece multa significat, quia omnia huic loco convenient. Primo, ἦσται, verti potest *ratio*, quia sicut ratio vel notitia a mente, sicut Filius a Patre procedit. Ita S. Chrysostomus; Theophylactus, Euthymius, S. Basilus et Nazianzenus, orat. 4 De Theolog.

Secundo, ἦσται, verti potest *definitio*, quia Verbum Patris naturam omnemque redefinitione exprimit et explicat. Ita Nazianzenus, ibid. Unde Nicias, in orat. 42 Nazianzeni: «Quan rationem, at, habet definitio ad definitum, eandem habet Filius ad Patrem. Ipsilon enim declarat, sicut definitio id quod ab ea definitur. Quidam Christus dicebat: Philippe, quid videt me, videt Patrem meum, Iean. xiv. Paternae siquidem nature compendiosus demonstratio est Filius. Omnis enim proles parentis sui tacita est ratio, sive definitio.»

Tertio, ἦσται, verti potest *causa*, quia Verbum est causa rerum omnium quae verbo Dei creatae productae sunt. Ita S. Dionysius, De Dein, non., cap. viii; S. Hieronymus, epist. ad Paulinum.

Quarto, ἦσται, verti potest *opus*, quia Verbum est opus Patris, illi commensum, coeum et adequateum.

Quinto, ἦσται, verti potest *virtus*, quia Verbum est virtus, robur et dextera Patris.

Sexto, ἦσται, verti potest *forma*, quia Verbum est Patris forma, decor et pulchritudo.

Septimo et optimo, ἦσται, verti potest *sermo*, cum Tertulliani, S. Cyriano, S. Ambroso et S. Hieronymo, vel potius verbum. Unde et Athiopici versus *kal*, id est verbum; sic et Syrus, Arbius, Persicus, Egyptius. Verbum, inquit, non oris, sed ments, quia sicut non cogitando vel intelligendo, formamus nobis conceptum rai cogitatae vel intellectus, qui dicitur verbum mentis; ita Pater eternus intelligendo et comprehendingo suam essentialiam et omnia que in ea sunt, ac inter ea vim spiravimus Spiritus Sancti et vim creativam omnium rerum possibilium, formavit et produxit hoc Verbum eternum, sibi adequateum et simillimum; quo fit ut verbum hoc sit Deus Deique Filius a Patre genitus (1).

(1) Vocem ἦσται, Verbum, unus Joannes inter scriptores novi testamenti ita adhibet, ut ea aperte designet alteram ἄλλην divinam, qualiter illam Christiani credere profundetur; atque ex veteri testamento nomen istud in hanc notitiam acceptam, ieiropompsse videtur. Etsi enim in veteribus scripturis בָּאָתִים, sive ἦσται, nunquam videatur divinam aliquam בָּאָתִים perspicue atque indubitate significare, tamen sive ex explicatione tradita a majoribus, sive potissimum ex doctrina Christi, qui apostolis operari..... sensum ut intelligent scripturas, discere potuit Joannes nomine sive בָּאָתִים, sive ἦσται in certis

Hinc et Gentilium Philosophi et Theologi, ut Trismegistus, Orpheus, Plato aliquie Graci, Chaldei et Egypti Patrem vocarunt νόον, id est mentem; Filium vero ἦσται, quasi mentis problem, teste S. Augustino, lib. VII Confess., cap. ix; Theodoro, lib. II De Curiosis Graecor. Affect., et alias. Unde illud Platonicum: «Monas genuit monadem, et in se reflexit ardorem,» q. d. Pater genuit Filium, et per cum spiravit Spiritum Sanctum, qui est amor reflexus: Patris et Filii: licet multi censeant Platonicum, Trismegistum aliquos Gentiles per ἦσται, non infellexisse filium, sed ideam quae est in mente Dei, iuxta quam ipse creavit omnia et in se reflexit ardorem, quia mundum creavit proper sui amorem (2).

Ubi nota: Verbum Dei est duplex: unum essentiale, quod est ipsa intellectio Patris, quam cum essentia, intellectu et voluntate communiceat Filius et Spiritui Sancto; alterum est notionale, quod est Verbum a Patre producendum et persona subsistens, scilicet Filius, de quo hic agit Joannes. Ita S. Thomas, I, dist. 27, Quæst. II, art. 2, et ex eo Capreolus et Ferraris. Intellige hoc de Verbo amplius sumptu; nam Verbum stricte proprię sumptu non nisi notionale est, uti docet S. Augustinus, Cyrilus, D. Thomas, et ex his Suarez, lib. IX De Trinit. cap. iii.

Plura de Verbo hoc dicitur in epist. I. S. Joannis, cap. 1, 1, ubi pariter ostendit, in quibus Verbum huius divinum nostro humano sit simile, et in quibus sit dissimile: item ejus dignitatem, præstantiam, effaciam, quam mitime mentibus nostris illabitur, easque sibi assimilat, purifica, perfect, sanctificat. Quibus addit S. Augustinus, serm. 38 De Verbis Domini: «Est, inquit, Verbum Dei forma quadam non formata, sed forma omnium formarum superam omnia, existens in omnibus. Querunt vero quidam, quonodo nasci potuerit Filius coevers Patri? nonne si ignis eternus esset, coevers esset splendor? itemque imago que de speculo existit aqua? ut si aliquid super aquam, exempli gratia virgulatum, semper fuisset, et imago de eo semper esset.» S. Basilus, hom. In princ. Joannis: «Verbum hoc, al. quod erat in principio, nec humanum erat, nec angelorum, sed ipse Unigenitus, qui dicitur Verbum, quia impossibiliter natus, et generantis imago est, totum in se generantis demonstrans: habet vero verbum nostrum divini Verbi similitudinem quadam; declarat enim totam mentis conceptionem; et quidem cor nostrum quasi fons est, verbum prolatus quasi rivulus ex ipso manans.

quibusdam veteris testamenti locis divinam illam ἄλλην denominari, v.g. Psal. xxxi, 6 et 9; Gen. i, passim.

(2) Quantum discrepum tum ἦσται Joannis ab illo Philosopho et Neoplatonico, tum trias quam illi commentari sunt, a divina triade, qualiter Christiani esse credunt, plene evicerunt Carpovius, Philonianus, hoc est Prolog., etc., Mosheimi, et Bruckers in sua Hist. Philosoph. Per II, P. II, lib. i, cap. i, §. 7.

Itaque δίνει οὐρανός, ἀπόκρυψη σύνθεσης θέτει:

hoc est

A Patre erat indivisum, eterno cum eo sedens in throno.

Nota σύνθεσης, quod Latina vox una non ade-

(1) Voce Deus significari hic, non divinam *deitas*, sed personam. Patrem videlicet, colligi potest ex his quae proxime sequuntur: et Deus erat Verbum, ubi nomen Deus personam quoque manifeste significat. Deus autem, non Patrem nominat, ut ex ipsis nominalibus utriusque *deitas* facilius statimque appareat.

quat, idemque est quod ejusdem throni consors, assessor, consessor in eadem sede. Plura de hoc membro dixi in *exist. I S. Joannis, 1.*

**Et Deus erat VERBUM.** — Graece, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. Ne Ariani objicunt: Si Verbum erat apud Deum, ergo ipsum non erat Deus; occurrit et anteveritatem figurae aeternae, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, figura et Imago deitatis, Verbum efficax, sapientia constitutionis rerum universarum comprehensiva, et potentia totius creaturarum effectrix. Filius verus per seipsum, visum effugientis visum effugientis, et corruptioni non obnoxius non obnoxii corruptioni, et morti non obnoxius morti non obnoxii, et aeternus aeterni.

**Hoc erat IN PRINCIPIO APUD DEUM.** — Trinembris propositionem uno hinc membro, quasi compendio repetit, confirmat et inculcat S. Joannes, q. d. Hoc Verbum, quod dixi esse Deum, erat in principio, id est ab aeterno, apud Deum; quia enim difficultate intelligere quomodo Verbum sit apud Deum, et tamen idem sit Deus; hinc utrumque jungit et inculcat Joannes, ut unitatem essentiae simul et diversitatem personarum significet, ad in deitate esse trinitatem hypostaseon, scilicet Patris, Filii, et Spiritus Sancti doceat. Hoc enim est altissimum, obscurissimum et credito difficillimum fidei nostra mysterium, quod omnem hominum et angelorum captum superat. Quasi ergo Arianos audiens, ait S. Cyrilus, non modo inquit: Verbum erat apud Deum Patrem, cum coeque est idem Deus, quadam eamdem naturam divinam; non vero quadam personam. Hoc teneo configuratur Ariani; diserte enim Joannes ait Verbum, id est Filium, esse Deum.

Obligunt Ariani vocem οὐτι, id est Deus, hic non habere articulum, ut habuit paulo ante: « Et Verbum erat apud τὸν Θεόν, » id est Deum: ergo Verbum vere non est Deus. Respondeo: Nego sequelam; nam causa hujus diversitatis est, quod vox οὐτι, in precedenti membro, cum dicitur apud Deum, certam personam denotet, scilicet Patrem, apud quem erat Verbum; hic ergo non personam, sed essentiam utriusque personae communem denotat. Verbum enim est idem Deus cum Patre, quod eamdem essentiam et deitatem, non vero quod eamdem personam. Articulus autem notat certainam personam, non vero naturam utriusque communem. Rursum Graeci articulum preponunt subiecto, non predicatio, hic vero Deus predicatum est, Verbum vero subiectum, ut dixi.

Nota Joannem trimembri hoc sententia, primo membro explicare Verbi quando, sive aeternitatem; secundo, Verbi ubi, et a Patre distinctionem; tertio, hoc Verbi, essentiam et essentiae cum Patre identitatem. Si enim queras: Quando erat Verbum? respondet: Erat in principio, id est ab aeterno. Si queras: Ubi erat Verbum? respondet: Erat apud Deum Patrem. Si denique queras: Quidnam est Verbum et cuius naturae? respondet: Verbum hoc est Deus. Ita S. Joannes hoc trimembre Evangelii sui de Verbo exordium ex-

plicuit in Symbolo, quod ipse jussu B. Virginis tradidit S. Gregorio Thaumaturgo; uti narrat S. Gregorius Nyssenus in eius Vita. Hoc enim symbolum sic habet: « Unus est Deus, Pater Verbi viventis, sapientie substantis, et potentiae et figure aeternae, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, figura et Imago deitatis, Verbum efficax, sapientia constitutionis rerum universarum comprehensiva, et potentia totius creaturarum effectrix. Filius verus per seipsum, visum effugientis visum effugientis, et corruptioni non obnoxius non obnoxii corruptioni, et morti non obnoxius morti non obnoxii, et aeternus aeterni. »

**Secundum** hujus repetitionis causam dat Maldonatus, scilicet ut ex tertio membro: « Et Deus erat Verbum, » quasi ex ratione vel causa, duo priora membra probet vel confirmet, q. d. Quia Verbum est Deus, hinc sequitur ipsum in principio fuisse apud Deum Patrem, hoc est, inquit, per seipsum subsistit; quoniam vero Deus est et ex Deo Patre, consubstantialis Patri, et natura Deus esse ineluctetur.

**Tertium** hujus repetitionis causam dat S. Hilarinus, lib. II De Trinit., ne quis ex eo quod dixit Verbum esse Deum, idemque esse apud Deum, suspecter duos esse deos, scilicet unum qui sit Verbum, alterum apud quem sit Verbum, scilicet Manichaei duo posuerunt rerum principia sive duos deos, unum qui sit creator corporum et rerum corporalium, alterum qui sit creator angelorum et rerum spiritualium. Dicit ergo Joannes Verbum ita esse apud Deum Patrem, ut idem cum Patre sit Deus, quia apud Patrem est tanquam Verbum, cum eo in eadem deitate conjunctum, imo unum idemque, sed hypothesi et persona ab eo distinctum.

**3. OMNIA PER IPSUM (Verbum) FACTA SUNT.** — « Omnia, » scilicet que non sunt Deus, per Verbum facta, id est creata sunt, uti mox explicat. « Omnia scilicet ab angelo usque ad vermiculum, ait S. Augustinus, qui et addit: Inter dicentes

Deum et factam creaturam, quid est per quod factum est, nisi Verbum, per quod Deus dixit: Fiat, et factum est? puxa illud: Dixit, et factum sunt. » Ille est quod ait Apostolus: « In ipsis (Verbo sive Christo) condila sunt universi, in celis et in terra, visibilia et invisibilia: sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt, » Coloss. 1, 16. Et, « per quem fecit et secunda, » Hebr. 1, 2. Et, « Verbo Domini celi firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum, » Psal. xxxi, 6.

**Secundo**, ut significet Verbum esse ideam rerum creaturarum, Juxta quam Pater cum Filio creavit omnia. Artifex enim omnia opera artis sua facit per ideam, sapientiam, conceptum, sive verbum mentis suae: hec autem omnia appropriantur Verbo divino, sive Filio, qui est sapientia genita, sed increata; et per consequens appropriatur ei, quod per ipsum omnia sint facta. Ita S. Cyrillus.

**Tertio**, proprie dicit per Verbum omnia esse facta, quia Verbum a Patre accepit cum essentia divina omnipotentiam et actionem eandem numeri, qua simul cum Patre omnia creat; quare Verbum est quasi medium inter Deum Patrem et creaturas, ac proinde recte dicitur Pater per ipsum, ut eusam principalem a se genitam, factam omnia.

**ET SINE IPSO FACTUM EST NIL.** — « Sine exceptione sunt omnia, ait S. Hilarins, lib. De Trinit., nihil, quod extra sit, derelinquist. » Rursum et « sine ipso » nota Verbum fuisse socium Patri in rerum creatione. Unde S. Hilarins S. Joannem alloquens: « Piscator, inquit, reddidisti auctorum, cum socium professus es. »

**FATUM EST NIL.** — « Nil, » id est malum, puta res corruptibilis, quae assidue tendunt in nilum, ex quo prodierunt, inquinabant Manichaei; hi enim concebant res corporales et corruptibilis non esse creatas a Deo et Verbo, sed a demone vel Deo malo esse conditas. Ridet hoc S. Augustinus, lib. De Natura boni, contra Manichaeos, cap. xxv, ac futile falsumque hoc esse liquet ex Graeco, qui pro nihil habet οὐδὲ τί, id est neque unum; Syrus, εἶτα non unum, q. d. Ne unum quidem factum est sine Verbo, sed omnia omnino, usque ad unum et ultimum, per illud creatum sunt. Unde Arabicus clara verit, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso non fuit quidquam eorum quae facta sunt.

**Secundo**, S. Augustinus per nihil accepit peccatum, q. d. Omnes res creatae sunt per Verbum, excepto nihilo, id est peccato, cuius auctor est diabolus et mala voluntas, non Deus, nec Verbum. Sicut enim malum non est ens, sed privatio entis et boni; sic pariter peccatum est privatio rectitudinis et bonitatis, que operi inesse debet, ac consequenter peccatum est quasi nihil. Verum hoc subtilli est quam solidius, ac coactus quam germanius, teste S. Hieronymo in cap. ii Michael, atque refellitur ex Graeco οὐδὲ τί, neque unum, et ex eo quod sequitur: a quod factum est; hoc enim tantumdem valet, ac si dicas:

Per Verbum omnia esse facta, quam a Verbo? Respondo: Primo, ut significet Verbum a Patre procedere, esque genitum: « Ne quis illum esse ingenitum suspicatur, » ait S. Chrysostomus.

Nihil, quod extra sit, derelinquist. Rursum et « sine ipso » nota Verbum fuisse socium Patri in rerum creatione. Unde S. Hilarins S. Joannem alloquens: « Piscator, inquit, reddidisti auctorum, cum socium professus es. »

**Nihil.** id est nulla res, qua facta est, facta est sine Verbo, sed omnes omnino per illud facta et creatae sunt. Hic enim sensus est planus et genuinus.

**QUOD FACTUM EST.** — Triplex est hic dispunctio, et consequenter triplex lectio et intellectio, triplexque sensus: Prima est: «Sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso,» ac deinde ponitur punctum, post quod nova sententia sequitur: «Vita erat, et vita erat lux hominum,» etc., ita dispunctio legitime S. Hilarius, lib. II De Trinit. S. Epiphanius, in Anchorato, et alli nonnulli.

Verum haec lectio passim ab aliis rejecitur. Videlicet enim ineptam confundit tautologiam, cum sit: «sine ipso, et in ipso, et in ipso.»

Secunda lectio est: «Sine ipso factum est nihil,» deinde punctum, post quod nova sequitur sententia: «Quod factum est in ipso, vita erat. Ita dispunctio legitime S. Augustinus, Tertullianus, Contra Hermog., S. Ambrosius, lib. III De Fide, cap. iii, et passim Latinus; atque e Graecis Clemens Alexandrinus, lib. I Prodig., cap. vi, et S. Cyrillus hic: quod S. Augustinus sic explicat, q. d. Omnis res facta et creata per Verbum, antequam fieret et crearetur, erat in ipso Verbo vitaliter et intellectually. Erat enim in ideis et rationibus eternis, que vivunt in Verbo. Erat ergo vita, id est viviebat in mente et idea Verbi. Alter explicat S. Cyrilus, q. d. Omnis res facta erat vita in Verbo, id est vita, hoc est vigorem et essentiae sue conservationem, accepit, et continuo accipit vera, quondam est et existit. I.

Tertia lectio communis est Syriorum, Arabicorum et Grecorum, S. Chrysostomi, Theophylacti, Nonni, Euthymii et Leontii, in Catena: «Sine ipso factum est nihil quod factum est,» deinde punctum; mox nova incipit sententia: «In ipso vita erat.» Haec lectio est plenissima, quocirca eam sequuntur Biblia Romae correcta, alias Latinae perlpha. Sensus enim planus est; q. d. Nihil quod factum est, sine Verbo factum est, sed omnes res factae a Verbo factae sunt.

Addit hoc contra Macedonianos argumentus: Si omnia per Verbum facta, id est creata, sunt; ergo et Spiritus Sanctus per Verbum factus, id est, creatus est, ac consequenter Spiritus Sanctus

(\*) Prout ergo puncto post *nihil*, commentate post *factum est*, rursum exsurgit preclarae sententia, in qua verborum constructio, ut alii sepe etiam est in scriptis Joannis, a pronominio relativo initium capit, itaque est ordinanda: *In ipso, quod factum est, vita erat.* Quam quidem sententiam, quamvis abnat Chrysostomus, hom. v in Joannem, commendat Cyrilus et ita explicat: «Si quid factum est, erat in ipso vita, hoc est, unigenitum Dei Verbum. Ipsum enim, vita quoniam sit secundum naturam, esse, et vivere, et moveri his que sunt, largiatur... In omnibus que facta sunt, erat vita, hoc est Verbum, quod erat in principio... Verbum erat, ut vita secundum naturam, per participationem illis que sunt, aliquam insinuans.»

est creature. Excludit enim hoc Joannes, addens «quod factum est;» q. d. Cum dicu omnia per Verbum esse facta, non intelligo Spiritum Sanum, sed tantum ea que facta et creata sunt. Ergo «quod factum est,» limitat et determinat id «nihil,» q. d. Nihil quod factum est, sine Verbo factum est; nulla res, que creata, sine Verbo creata est, sed omnis per Verbum producta sunt.

4. **IN IPO VITA ERAT, ET VITA ERAT LUX HOMINUM.** — Vita est res praestantissima, sicut mors est pessima. Vita ergo fontes S. Joannes hic assignat Verbo: «In ipso enim vivimus, movemur et sumus,» Act. xvii. Hinc et Graeci suum Deum vocant ζωή, a ζωή, id est *vita*, quod omnibus viventibus vitam inspirat. Sensus ergo est, q. d. Vita nostra vita gratia et gloria in ipso Verbo erat, velut in sui origine et fonte. Unde ut ipsum hanc vitam et lucem hominibus comunicaret, ad eos descendit et hominem se fecit; ut sicut per Verbum macrocosmus, hoc est magnus hic mundus, olim creatus est, ita et per illud ipsum microcosmus, id est parvus mundus, puta homo, recreare et a morte peccati ad vitam gratiae et justicie revocaretur. Ita se explicat S. Joannes, cum subdit: «Et vita era lux hominum.» Et in epist. I, cap. i, vers. 2, loquens *De Verbo vita*: «Et vita, inquit, manifestata est, et vidimus, et testarum, et annuntiamus vobis vitam eternam, que era apud Patrem, et apparuit nobis.» Et cap. v, vers. ult.: «Ut cognoscamus verum Deum, et simus in vere Filio ejus. Hic est verus Deus, et vita eterna.» Vide ibi dicta. Hac de causa S. Joannes passim Christum vocat «vitam.» Ita S. Chrysostomus et Theophylactus hic; Ammonius, in Catenam; S. Ambrosius, lib. III De Fide, cap. in v; Athanasius, lib. III De Assumptione hominis, contra Marciliatum.

Porro Patres hanc Verbi vitam varie explicant. **Primo.** de vita formalis: «In ipso vita erat;» in Tertio hoc est, ipsa Verbi substantia est vita, ipsum Verbum est vita subsistens, ait *Eusebius* in epist. I S. Joann., cap. i. Ipsum Verbum essentialiter est vita; ipsum enim eius essentia est vivere et vita. Vivit enim vitam divinam, perfectissimam, immensam, eternam, beatissimam; que origo et fons est omnis vita angelicae, humanae, anima- lium et plantarum.

**Secondo,** in Verbo est vita idealis, sive exemplaris, quia in Verbo quasi in idea vivunt semper tenebrae rerum omnium rationes, ut ait S. Augustinus. Verbum enim est omnium creaturarum idea, idea autem est ipsa essentia et vita Dei. Ita S. Augustinus, tract. I in Joann.: «Sapientia Dei, inquit, secundum artem continet omnia: terram, vides, celum, solem, lunam, sunt ista in arte, sed foris corpora sunt, in arte vite sunt.» Alio vero loco: «Propterea (ait Joannes) quod factum est, in ipso vita erat, omnia que facta est vita non habent, in ipso Verbo Dei vita sunt, aliquam insinuans.»

In seipsis vita non sunt.» Sic ergo Verbum est vita omnium creaturarum, etiam inanimatarum, quia omnes vivunt in Verbo, utpote quod totum est vita.

**Tertio,** in Verbo *et* vita causalis naturalis, quia Verbum causat et efficit omnia viventia, eisque suam vitam communicat; scilicet plantis vilium vegetativam, animalibus vitam animalium, hominibus rationalem, angelis angelicam. Rursum, in Verbo quasi in cause efficiente est vita, id est omnium rerum vigor, duratio et conservatio, quia haec per Verbum fluit; Verbum enim omnibus rebus dat *vigore, vivere, durare* et permanere. Ita S. Chrysostomus, *Cyrillus, Theophylactus*. Unde Janusius sic exponit, q. d. Vita naturalis viventium pendet a Verbo; quasi sensim Joannes a vita viventium descendat ad hominem ejusque vitam acceptam a Verbo.

Quarto et magis genuina, «vitam» hic accipias causalem supernaturalem, q. d. In Verbo quasi in fonte et causa primigenia erat vita nostra supernaturale, puto gratiae et glorie, id eoque ut hanc vitam nobis impetraret, incarnatus est et factus homo, ut initio dixi. Supernaturalis enim vita est duplex: inchoata per gratiam, qua homo justus per fidem, spem et charitatem servit Deum; vivitque vitam supernaturalem, in Deum supernaturaliter credendo, sperando eumque super omnia amando; altera vita supernaturalis est consummata per gloriam, qua Beatus De frumentus, deficiens et beatior in eternum. Alludit id illud *Psalm. XLV.*: «Apud te est fons vita, et in lumine tuo videbimus lumen,» hoc est, at Theodoratus, «apud te est Verbum internum, fons vita, et in lumine Spiritus Sancti, lumen Unigeniti tui cernemus.» Vide S. Dionysium, cap. vi *De Divin. Nom.*, ubi docet Deum esse originalem vitam: *primo*, vite angelicæ; *secundo*, humane; *tertio*, animalium; *quarto*, plantarum; *quinto*, justorum; *sextio*, beatorum.

**ET VITA ERA LUX HOMINUM.** — quia homines illuminantur spiritualiter per fidem et gratiam. De spirituali enim et supernaturali luce loquitur, non de corporali et naturali, ut patet ex seq. *Sensus est*, q. d. Vita nostra, quam paulo ante dixi fusse in Verbo, erat hec Verbi illuminatio, quia homines cognitione Dei et salutis suis illuminavit exterius, per verba et exempla sancta; interiorus, per lumina celestia menti indita, quibus tamen illustravit et illustrat. Heo est causa cur Verbum sit caro factum, et cur Joannes Baptista a Deo sit missus, ut ei fieret testis, ut paulo post dicamus. Sed anticipat Joannes hic, et lucis mentionem interjecto, eo quod homines ingrati tantum vita et lucis donum non receperint, quod maxime laudabile volebat. Ita Clemens Alexandrinus, *Exhort. ad Gentes*: «Verbum, ait, quod erat apud Deum, doctor apparuit; Verbum per quod omnia sunt fabricata; et quod cum eo, qui finxit, vitam simul praecepit, ut opifex, bene vivere do-

cuit, cum apparuerit ut magister, ut postea semper vivere suppeditaret ut Deus (1).»

**Symbolice:** Quonodo Deus ~~in~~ lux, primo, formalis; secundo, idealis; tertio, sensibilis; quarto,

S. Dionysium, *De Divin. Nom.*, cap. II, IV et VII.

5. **ET LUX IN TENEBRIS LUCET, ET TENEBRAE EAM NON COMPREHENDERUNT.** — q. d. Lux natura sua solel tenebras illuminando dispellere, et sic Verbum, puta Christus, quia lux est, fecit quantum est ex parte sua; sed tenebrae, id est homines ignorantes, infidelitate, cupiditatibus et peccatis suis obstinati, mentsi oculos clauerunt, et noluerunt hanc lucem admittere.

**Nota:** Christus, puta Deus, est lux formalis inercentia, qua homo vero, etiam est lux causalis, quia ipse hominibus causa est omnis sapientie, gratiae et glorie, non tantum dans eis lumen naturale rationis, ut explicant *Origenes* et *Cyillus*; sed etiam et potius dans hunc lumen supernaturaliter fidet et sapienties: unde a *Malachia*, cap. iv, 2, vocatur «sol justificare.» Vide ibi dicta.

**Nota:** Hie Christus homo vocatur «lux,» quia maximus lux post carnem assumptam: fuit tamen etiam lux ante eam, a mundi exordio; nam si sit sol, antequam horizontem ascendat, aliquos aurore radios premittit, quibus mundum illuminat, sic et Christus. Ita S. Augustinus, tract. I in Joannem. Hoc est quod ait Pater ad Christum: «Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae,» *Isaia* cap. XLIX, 6. Et Christus: «Ego sum lux mundi,» *Joan. VIII*; ac de eo Simeon: «Lumen ad revelationem Gentium, et gloriam plebis tue Israel,» *Lucce* II, 32.

Pulchre S. Augustinus, hom. 43 inter 50: «Ideo, ait, venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excicator.» Ita S. Gregorius Nyssenus, orat. *De Nativitate Christi*: «Puritas, ait, in nostris cordibus versatur, sordes vero puritatem non attingunt, sicut ait Evangelista; quod lux in tenebris lucet, et tenebrae eam complexe non sint.» Et S. Augustinus, epist. 120 ad *Honoratorem*: «Filius, ait, Deus non est absens etiam mentibus impiorum, quoniam eum non videant, sicut nee illa lux videtur, oculis praesentata cecorum.» Idem, lib. I *De Peccat. mer.* cap. XXV: «Sicut sol a cecis, quoniam eis suis radiis quoddammodo vestiat, sic a stultis tenebris luxem Dei non comprehenditur.» Lucet autem lux Verbi in tenebris impiorum hominum, nee lumen rationis, per creaturam.

(1) In hac propositione oratio est inversa, rectus enim

hie est: *Et lux hominum erat vita, ita ut subjectum sit lux hominum, predicatum vero sit vita.* Sensus autem hie est: Verbum incarnatum nos perficit humilem doctrinam ac fidem, qua per charitatem operatur, nobisque reddit novam vitam, *qua justus ex fide vivit*; id eoque apte dicitur illa *lux*, illave fides esse vita, ut Christus eam vocavit, dicens: *Hoc est vita eterna, ut cognoscent te solum verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum.* *Joan. XVII, 3.*

voce, quae omnes creatorem esse, esseque ve-  
nerandum et amandum clamat; per legem na-  
ture menti inscriptam, per legem novam, per  
Scripturas, doctores, concionatores, sanctas ins-  
pirations, etc. Unde idem Augustinus, tract. 2  
in Joann.: « Noli cadere, ait, in peccatum, et non  
tibi occidet hic sol; si tu feceris casum, tibi  
facio occasum. » Si vis videre lucem, esto et tu  
lux; si enim tenebras et tenebrosas cupiditates  
ames, obtenebrabunt, imo excecabunt te.

*Pides et gratia  
compre-  
hendit, po-  
cata vero  
tenebris.*

Nota: In S. Scriptura, presertim apud S. Joannem hic et in *epist.*, fides et gratia Christi comparantur luci, peccata vero tenebris, ob multis et appositorum analogias: *lumen celestis et nobilissima inter naturales est qualitas, ceterum, efficacissima, impensis, purissima, que nullis sorribus, licet illi immixta, fodari potest; afferens splendorem, calorem, lumen; faciens res omnes videri, vitam et vigorem omnibus viventibus affert; talis est et Deus. Deinde gratia: contrarium est in peccatis, quorum prouide symbolum sunt tenebre. Addit, quod gratia ad aeternam lucem et gloriam, peccata ad imas et summas tenebras ducant. Vide dicta in *epist.* I. S. Joann. cap. I, vers. 5 et 6, ubi ex S. Dionysio, *De Divin. Nom.*, cap. xv, recensuit triginta analogias lucis et ignis et gratiae, ac octo analogias tenebrarum et peccatorum. Vide et que de umbra mortis dixi *Iucco* I, vers. 70, et *Isaiae* IX, 2.*

NON COMPREHENDERUNT. — Graeci ἀναγνώσκειν, id est non apprehenderunt; ut veritatis Vatabulus, non suscepserunt: unde Noster, vers. 11 et 12, verit. « non receperunt. » Veri quoque potest, non detinuerunt, non occuparunt, non anter-  
terunt; et tunc major est emphasis, q. d. Tenebra, id est homines infideles et impi, Deum et viam salutis ignorantes, visa luce Verbi, debuerunt eam detinere, imo occupare et antevertere, ut per eam Deum et viam salutis sue cognoscerent: at tanta fuli erroris cecitas et pravitas, ut eam ultra se offenserent illosque ambientem, amplecti et recipere noluerint, sed illi clauserint oculos, nec eam adulterare vel recipere voluerint: Erant enim mali eorum opera, » ut at Joannes, cap. III, 19.

6. FUIT HOMO MISUS A DEO, CUI NOMEN ERAT JOANNES, — cognomen Baptista, a baptismo po-  
tentissimum quem instituit. « Misus, » scilicet, ut ait Lucas, cap. III, 1: « anno quintodecimo imperii Tiberii Caesar factum est verbum Domini super eum in deserto, et venit in omnem regionem Jordani, » etc. « Tu agitur, ait Chrysostomus, cum a Deo missum intelligas, nihil iam humanum ab eo diei annuntiarie existimes, sed divina omnia. Non enim sum quidquam, sed mitteant arcana denuntiatio. Idcirco Angelus appellatur, hoc est nuntius; est enim nuntii officium nihil ex se scire. » Ita S. Chrysostomus et ex Theophylacto. Dicit ergo Joannem missum a Deo, ut ei pondus auctoritatis addat, ejusque de Christo

testimonium, non tam humanum quam divinum esse ostendat.

7. HIC VENIT IN TESTIMONIUM (ad testandum, sive ut esset testis, ut testimonium perhiberet veritati, scilicet quod Jesus esset Messias salvator mundi), UT TESTIMONIUM PERHIBET DE LUMINE. — Puta ut testarebatur Jesus esse verum lumen mundi, et ab eo nos debere omne lumen fidei et notitiam salutis expectare et postulare.

Nota: hinc lux soleat distinguere lumine, sicut causa ab effectu; lux enim solis producit lumen in aere; his tamen idem sunt « lux et lumen; » pro utroque enim grecus eadem est vox φῶς, id est lux, quam noster Interpres copia causa nunc vertit « lux, » nunc « lumen. » Rursum grecus additur articulus τὸ φῶς, id est, illa lux scilicet spiritualis, eximia, immensa, divina, ex se lucens, qua per se et essentia est lux et fons omnis lucis, ac quasi sol quidam divinus, cuius respectu Joannes Baptista erat luna duntaxat, vel Lucifer: quia scilicet Lucifer sive hesperus prae solem, sic Joannes praevit Christum, quasi solis justificatio anteambulo. Sensus est, q. d. Quia lux deitatis abscondita erat in humanitate Christi, abiecta, vili et paupera, quasi in lucerna obscena et umbrosa, ut homines eam non viderent, nec cognoscerent: hinc Deus misit Joannem, ut lucem hanc detegatur: ostenderet ad testarebatur Jesus vere Deum. *Quicquid* Filium, et mundi docorem et redemptorem. Nam, ut ait Paulus: Deus « lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, » I Tim. VI, 16. Rursum Filius est « splendor glo-  
ri et figura substantiae ejus (Dei Patris), » Hebr. I, 3. Idem « candor est lucis aeterna, et speculum sine macula Dei majestatis et imago bonitatis illius, » *Sapient.* VII, 26. Vide ibi dicta.

Ur OMNES CREDERENT PER ILLUM. — q. d. Ut omnes Joannem auditurum, in Christum, quasi in lucem crederent, et credentes justificarent se salvarentur. « Per illum, » scilicet Joannem, qui Christum digitu ostendens: « Ecce, inquit, agnus Dei, qui tollit peccata mundi. » Unde Nominis: « Per illum, inquit, id est per unius preconem (Joannis) vocem. »

8. NON ERATILLE LUX, SED UT TESTIMONIUM PERHIBET DE LUMINE. — Ideo et Scriba, ob participationem et vitam coelestem Joannis in extremo, putabant ipsum esse lucem, id est Christum. Edit id ipsum hoc Joannes Evangelista, q. d. Joannes Baptista « non erat lux, » id est Messias, doctor et salvator mundi; sed tantum ejus testis et index, qui omnem suam cognitionem propheticam et gratiae lucem a Christo accepterat. Unde ipse, cap. V, 35, vocatur « lucerna ardens et lucens. » Sed non proprio igne ardebat, inquit Origenes, non propria luce lucebat. Stela erat matutina, sed non a seipso proprium lumen accipit; grata ipsius quem precurrerebat, in eo ardebat et splendebat. Non erat illa lux, sed par-

teipsa luminis: suum non erat, quod in se et per se fulgebat. »

9. ERAT (alia a Joanne, puta ipse Christus) LUX VERA, QUAE ILLUMINAT OMNES HOMINES VENIENTES IN HUNC MUNDUM. — Queres, cum Christus dicitur « lux vera, » vel, ut Greca nervous habent, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, id est illa lux illa vera? Respondeo: Primo, quia Verbum est prima, increata, naturalis et per essentiam lux; Joannes vero Baptista et ceteri Sancti sunt lux per Verbi communicationem et participationem duntaxat, quia omnes lumen fidei et gratiae emendant a Christo, ceu luna et planetæ a sole: quare si cum Christo compararentur, quis in infinitum ab ejus claritate superarunt, non invenirent nomen lucis. Christus ergo solus lux est, et solus lucis nomen meretur; sicut Dei nomen est Jehovah, sive qui est, quia ipse est verum, essentiale, eternum et immensum ens, cetera vero omnia ab eo particularem enitatis hauriunt: quare, respectu Dei, habent esse adeo imperfectum et diminutum, ut potius non esse, quam esse videantur: sunt enim quasi umbra eius quoquaeversum immensum, quod est Deus, qui prouide solus verum est ens, sive *τὸ εἶναι*, ut dixi *Exodi* vii, 14. Unde hic, cap. vii, 28, Christus ait: « Est verus Deus *quicquid* Filium, et mundi docorem et redemptorem. »

Secundo, Christus est vera lux mundi, quia ejus doctrina et fides opposita est falsis doctrinis et erroribus Gentilium philosophorum, Saracenum, hereticorum, atheorum, etc. « Vera » enim « lux est mera, pura, sincera, clara, genuina, que nil habet ficti, nil obscuritatis, nil umbra, nil diminuta lucis.

Tertio, quia Christus longe verius et perfectius nos illuminat, quam omnis lux corporea, ut ab ea metaphora ducatur, in eo prouide lux spiritualis dicitur mereri sola nomen lucis, lux vero corporea ejus duntaxat esse velut umbra. Simili modo et sensu ait Christus cap. xv, 1: « Ego sum vita vera, » ac, cap. II, 33, vocat se verum panem. Sic alibi sepe verum vocatur id quod perfectum est, eminentis et excellens.

Quarto, Christus est lux vera, quia latissime et plenissime quoquaeversum lumen suum diffundit: unde ubique ipse est vera lux; nam, ut explicans, subdit Joannes: « illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. » Omnes enim fidates et Sancti, quicquidcumque et quotquot fuerint a principio mundi, sunt et erunt, omne suum fidelis et gratiae lumen hauserunt, haurient et haurient a Christo. Joannes vero Baptista lux fuit Judea duntaxat, qui est angulus terræ, idque tempore Herodis tantum. Simile est de ceteris Sanctis.

Denique Joannes et ceteri exteriori tantum, sonora voce auditors suos docuerunt, menem vero per se et immediate illustrare non potuerunt; utrumque autem fecit Christus. Vox enim fecit aures duntaxat, sed Christus sua gratia mentem fecit et illuminat: unde ipse solus dicitur « illuminat. »

Hoc de causa Christus passim a Joanne vocatur « veritas; » ut cum Christus ait, cap. xiv: « Ego sum via, veritas et vita. » In Christo enim fuit omnis veritas, illaque quadruplex; scilicet veritas entis, veritas mentis, veritas oris, veritas operis.

Latet in occulto veritas: sic vera deitas latet in occulto in humanitate Christi. Eadem tamen semper latere non potest. Nam, ut ait Cicero *pro Cetio*: « O magna vis veritatis, quae contra hominum ingenia, calliditatem, soleritatem, contra fletas omnium insidias, facit se per seipsem defendat. » Hinc veritas premi potest, opprimi non potest; perinde ut sol rubibus tectus latet, sed mox radicarum surorum vi mibes dissipat, et clarus effulgat, sic et veritas, sic et Christus.

Quocumque veritas grave dicatur *ἀληθινόν*, ab a privativo, et *νόητον*, id est oblitio, quod oblivionem arecat, quodque in eam nulla cadat oblitio, nullus error, nulla falsitas. Hanc hauriunt a Christo, « tanquam a Patre lumen; apud quem non est transmutatio, nec viae studiorum obumbratio, » *Jacob* i, 17.

Porro magno est affinitas verbi et veri sive veritatis. Unde, licet nonnulli apud Augustinum, lib. *De Principiis*, *Diadec.*, cap. vi, « verbum » derivant a verberando, vel verberatu, ut verbum sit verber, eo quod verberato lingua intra palatum aere, formatum verbum: melius tamen Varro, et ex eo S. Augustinus, lib. *XV De Trin.*, cap. xi, *verbum* a vero et veritate deducunt, eo quod verbum sit vera cogitationis et rei cogitata intellectusque imago. « Quando ergo quod est in notitia, hoc est in verbo, ait S. Augustinus, tunc est verum verbum et veritas; hoc autem semper est in Verbo hoc divino: nam humanum sepe fallit et fallitur.

ILLUMINAT OMNES HOMINES, — quantum in ipso est: unde qui non illuminantur, sibi tribuant culpam, quia lumen fidei et gratiae a Christo oblatum recipere nolunt; sicut sol illuminat omnes qui in domo sunt, quantum est ex parte sua; sed si quis fenestram claudit, impedit nam illum illuminat: hoc ipsum erit culpa, non solis; alludit enim ad solem, qui totum mundum illuminat. Ita S. Chrysostomus, *Cyrillus*, *Theophylactus*, *Euthymius*. Et patet ex precedet. Idem enim dicit cum eo quod dixit, vers. 3: « Lux in tenebris luet, et tenebrae eam non comprehenderunt. » Loquitur de lumine supernaturale et gratiae, licet S. Cyrilus explicet de lumine naturali rationis. Deus enim dedit cuique homini lumen rationis, ut per illum sciat quid bonum sit, quid malum; quid amplectendum, quid fugendum.

Porro, S. Augustinus arctius haec accipit: nam ut contra Pelagianos doceat non omnibus hominibus dari gratiam, scilicet congruum et efficacem, quia eos convertat, justificat et beat; haec de causa *non omnem hominem* sic primo, ex-

ponit, ex omni hominum genere aliquos illuminati, v. g. aliquos ex Iudeis, aliquos ex Persis, aliquos ex Afris, aliquos ex viris, aliquos ex feminis, aliquos ex pueris, etc., ut sit distributio, non p. o singula generum, sed pro generibus singulorum, ut vocant Legoci.

*Secundo*, sie exponit, q. d. Omnis homo qui illuminatur, a Christo illuminatur; « quia nisi ab ipso nullus illuminatur », ait S. Augustinus, *Enchir.*, vi, et lib. I *De Pe. mer.*, cap. xxv. Sie vulgo dicimus: ille Magister doceat omnes pueros hujus civitatis, scilicet eos qui doceri volunt; q. d. Nullus est qui doceat in hac urbe, nisi hic magister; quare qui doceri vult, hunc audeat optaret. Simili modo, S. Augustinus exponit illud *I. Tropoli.*, 4: « Deus vult omnes homines salvos fieri. » Vide ibi dicta.

*VENIENTIA IN HOC MUNDO*, — id est nasci-tem in hoc mundo: est hebraismus; sic enim solent Hebrei hominem, vel hominis nativitatem describere. Graecum ἐγένετο, verbi potest *veniens*, scilicet lux, q. d. Lux veniens in hunc mundum, id est Christus nascens in mundo, quantum est ex se, illuminans omnem hominem. Ita S. Augustinus, lib. I *De Pe. mer.*, cap. xxv. Simili enim modo de Christo dicitur cap. iii, vers. 19: « Lux venit in mundum. » Et cap. xi, vers. 46: « Ego lux in mundum veni. » Verum interpretes fere omnes Graeci et Latini vertunt *venientem*, in accu-sativo.

10. IN MUNDO ERAIT, ET MUNDUS PER IPSUM FACTUS EST, ET MUNDUS EUM NON COGNOVIT. — « In mundo erat, et scilicet Verbum, sive Filius Dei; hic enītūt qua Deus, ab initio mundi erat in eo per esse-ntiam, presentiam et potentiam, atque per vim suam et providentiam mundi conservatrierū et gubernariem, iuxta illud Pauli, *Act.* xvii, 27: « Non longe est ab unoquoque nostrum; nam in ipso vivimus, et movemur, et sumus. » Ita S. Chrysostomus, S. Augustinus ceterique Graeci et Latini. Alter Maldonatus: Verbum, inquit, in mundo erat per humanitatem assumptum, postquam per incarnationem factum est caro. Verum de incarnatione aget vers. seq.

Et MUNDUS PER IPSUM FACTUS EST. — Tū et acci-pitur pro *quoniam*, aut nervosius pro *quia*, ut sit cause, q. d. Ideo Verbum erat in mundo, quia, per ipsum mundus creatus est, conservatur et subsistit. Verbum enim est quasi basis, immo quasi anima mundi, ut censit quoque, gentilis licet, Plato, *Sapienter Philo*: « Creatori, aut, proprium est benefacere, creature, gratias agere. » Verum ipsa sui offici sepe obliviscitur, Deus nunquam, immo in ingratu quoque beneficium est.

Et MUNDUS EUM NON COGNOVIT. — Est hellenismus; grecizat enim Interpres, quia verit *eum*, scilicet *εών*, id est Verbum; *εών*, enim Graecis est masculinum generis; cum aliquo latine dicendum fuisset *illud*, scilicet Verbum. Simile est *Mel. ix.*, 2 et alibi, ut ibidem annotavi. Inveniat

(1) Ita et Patriitus, op. cit. lib. m, dissert. viii, n. 29, qui optimis sane argumentis suam interpretationem obfirmat.

Joannes ingratisdinem mundi, quod suum au-torem, quem semper habet presentem, et a quo creatus est et conservatur, puta Verbum, sive Fi-lium Dei, non cognoverit.

Porro, ludit in voce *mundus*. Primo enim pro-prie mundum accipit pro toto universo et om-nibus que in eo sunt, hec enim omnia a Verbo sunt facta. Cum ergo subdit: « Et mundus eum non cognovit », per mundum intelligit incolas mundi, puta homines mundo deditos et divina non sapientes; hi enim non cognoverunt suum auctorem, puta Verbum, sive Filium Dei. Ita S. Augustinus, S. Chrysostomus, Theophylactus et Euthymius.

Nota hic, ex mundi opificio, naturaliter posse cognoscere Deum unum in essentia, non autem trinum in personis, ac consequenter ex eo non posse cognoscere Verbum, qua Verbum. Culpat ergo mundum, id est mundus, id est mundanos homines Joannes, quod Verbum, non qua Ver-bum, sed qua Deum mundi creatum, ex mundi fabrica, quasi ex ungue leonum et ex pictura Apellem non cognoverit. Et sic responderunt rationi Maldonati, qui ex hisce verbis contendit Joannem loqui hie de Verbi incarnatione, q. d. Mundani non cognoverunt Verbum incarnatum, scilicet Jesum esse Deum Deum Filium; nam in idem cognoverunt ex mundi fabrica deitatem, sive unum Deum mundi opificem. Hęc Maldonatus. Sed responderunt eos non cognovisse Verbum, ut Verbum, sive personam Filii, ut illa: quinimum multi ex mundi fabrica non cog-noverunt Deum eum fabricatorem. Facto non nullus, ut Patriarchas et Prophetas, cognovisse Verbum, sive Dei Filium, de eoque prophetasse Verum hi illud cognoverunt ex peculiari De-revelatione, non ex fabrica mundi. Deplorat ergo Joannes humane infirmitates, pos lapsus in peccatum, cecitatem et ignorantiam, quod cum die amiserit cognitionem sui Creatoris et Salva-toris, puta Verbi, sive Filii Dei.

11. IN PROPRIA VENIT, ET SUI EUM NON RECEPERUNT. — Arabicus, ad proprios venit, et proprii eum non receperunt. Unde per « propria » vel « propriis » S. Augustinus, Cyrillus, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius accipiunt Judeos; hi enim erant populus Deo proprius Deique cultui et Ecclesie dicatus (1). Melius idem per « propriis » accipiunt Iustum mundum omnesque homines mundi incolas. Idem enim dicit Joannes, aliusque verbis more suo repetit et inveniat cum eo quod paulo ante dixit: « In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. » Audi S. Cyriillum in *Cone. Ephes.*: « Venerit Unigenitus ad proprios, et precipue ad Ira-leritas, simul atque carne sumpta factus est homo. »

Ita et Patriitus, op. cit. lib. m, dissert. viii, n. 29, qui optimis sane argumentis suam interpretationem obfirmat.

Et sui. — Non omnes, sed multi: nam non nulli Iesum ut Christum receperunt, sicut duoc-decim apostoli, 72 discipuli et alii usque ad 500, *I Cor.* xv, 6; sed hi pre reliquis Iudeis, qui eum non receperunt, fuere pauci: quae sane fuit magna Iudeorum ingratisdudo et malitia, Christi vero mortificatio, contemptus et humiliatio non exigua; Dei autem consilium admirabile et judi-cium inscrutabile, ut per Iudeorum repulsam, Evangelium ab Apostolis transferatur ad Gentes toto orbe diffusum, ut docet Apostolus, *Rom.* xi, 1.

12. QUOTQUAT AUTEM RECEPERUNT EUM, DEDICIT EIS POTESTATEM FILIOS DEI FIERN, HIE QUI CREDUNT IN NOMINA EIUS, — id est in nomen ejus, hoc est in eum; non enim Christi ejus personam signi-ficat. Pronomen qui referit nos ad filios Dei, sed ad quotquot. Patet ex Graeco εἰς, quod cum sit masculinum, nequit referri ad neutrum οὐσίαν, id est filios, sed ad οὐσίαν, id est *quotquot*. Sensus est, q. d. Quotquot Christum receperunt, puta omni-bus qui credunt in nomen ejus, ejusque fidei et legi obediunt, dedit potestatem filios Dei fieri. Quippe, nisi virimum ad eam accipien-dam promptum animum exhibeamus, neque di-vinum ad nos munus accedit, neque quidquam in nobis operatur. Ubique igitur non violentum, non coactum, sed voluntarium *bonitus* et liberum nobis ostendit arbitrium. »

Dices: *Fides*, *æque ac filiatio* Dei est donum potestatem, facultatem, libertatem et ius; ut sci-let hoc ipso, quo Christum fide et fidelis Sacra-mento, id est baptismū, aut certe fide per chari-tatem formata, sive votum, sive desiderium baptismū includit, replevit; simul quidem tem-pore sed posterius natura justificant, flantque et sint (Graecum enim γένεσις et fieri et esse significat) filii Dei adoptivi per participationem et gratiam, sicut ipse Christus Filius est Dei naturalis per suum hypostasin divinam.

Quocroce Clemens Alexandrinus, *Adhort. ad deutes*, ait Christum sua incarnatione terram in column mutasse, ac ex hominibus angelos imo deos fecisse, ideoque ipsum pulchrum esse aurigam, qui currunt, sive bigam fidem, puta Iudeorum et Gentium, agat in column dirigat-que ad beatam immortalitatem.

Igitur vox οὐσία significat tum dignitatem filia-thonis divinae, tum libertatem arbitrii nostri, ad eam libere per fidem capessendam. Non enim ait: « Datur potestatem, id est liberam facultatem, filios Dei fieri; si videlicet libere illi cre-dere et obedire velint. Negat hoc Calvinus et Beza; sed assertit S. Augustinus, *De Spiritu et litera*, cap. xxxi: « quia hanc, inquit, dicimus potesta-tem, ubi voluntati adjacet facultas faciendi. Unde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod

(1) Versibus 5, 10 et 11 Joannes edicit quae omni-hominum generi divinum Verbum prescribit, quan-vo homines indigne beneficio vices responderint. Quan-rem mentio inter paucos versus repetita prodit mani-festo Christi, discipulum praeceptoris sui amantissimum, qui monstruosum hunc hominum stuporem, probro-que adeo ingrati animi crimen satis nequeat mirari.

si vult laeti, si vult non facit. » Idem a S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Beda et aliis passim. Aucto S. Chrysostomum: « Quem-admodum ignis, si metallorum terram attigerit, magis pro luteis aureos eos baptisma facit, quos abluerit, cum Spiritus Sanctus tanquam ignis illa ipsa hora animas nostras ingredatur, et ter-ram absunta similitudine, celestem illam no-vam et claram, tangam ex fornace fulgentem reffert. Et eur non dixit: Feicit eos filios Dei fieri? ut ostenderet multa nobis opus esse dilig-entia, ut adoptionis nobis per baptismū impres-sam imaginem puram servemus atque intactam. Praeterea quod nemo hanc nobis potest auferre potestatem, nisi primum nobis ipsis abstuleris. » Et paulo post: « Similis autem declarare voluit gratiam non temere, neque sine labore nostro in nos infundi, sed cum ipsis volumus, cum eam inquirimus; in nostra enim potestate est filios Dei fieri. Quippe, nisi virimum ad eam accipien-dam promptum animum exhibeamus, neque di-vinum ad nos munus accedit, neque quidquam in nobis operatur. Ubique igitur non violentum, non coactum, sed voluntarium *bonitus* et liberum nobis ostendit arbitrium. »

Dices: *Fides*, *æque ac filiatio* Dei est donum potestatem, facultatem, libertatem et ius; ut sci-let hoc ipso, quo Christum fide et fidelis Sacra-mento, id est baptismū, aut certe fide per chari-tatem formata, sive votum, sive desiderium baptismū includit, replevit; simul quidem tem-pore sed posterius natura justificant, flantque et sint (Graecum enim γένεσις et fieri et esse significat) filii Dei adoptivi per participationem et gratiam, sicut ipse Christus Filius est Dei naturalis per suum hypostasin divinam.

Quocroce Clemens Alexandrinus, *Adhort. ad deutes*, ait Christum sua incarnatione terram in column mutasse, ac ex hominibus angelos imo deos fecisse, ideoque ipsum pulchrum esse aurigam, qui currunt, sive bigam fidem, puta Iudeorum et Gentium, agat in column dirigat-que ad beatam immortalitatem.

FILIOS DEI FIERN. — Quomodo id fiat, et quanta filiationis sit dignitas, utilitas, hereditas, fuse ostendit *Osee* i, 10, a. illa: « Dicetur eis, filii Dei viventes. » Unde Cyrilus: « Ascendamus, inquit, ad supernalet dignitatem per Chris-tum; non tamen ut proprie sicut ille, sed ut similitudine illius per gratiam filii Dei simus. Alia est enim nature ratio, alia adoptionis. »

13. QUI NON EX SANGUINIBUS, NEQUE EX VOLUNTATE

(Arabicus, *appetitus*) CARNIS, NEQUE EX VOLUNTATE

VIRI, SED EX DVO NATI SUNT. — S. Joannes hic

ponit antithesim humanae generationis et divinae ut huius pre illa praestantium demonstraret. Ig-uit utilitatem humanae per exaggerationem ostendat, assert *privato*, eam fieri « ex sanguinibus », id est ex sanguine (est hebraismus) tum menstruo mulieris, ex quo coagulato formatur fetus, tur-

seminali viri; viri enim semen, quia sanguinei alimentum est residuum, vocatur sanguis.

*Secundo*, asserit eam esse et fieri « ex voluntate » id est concupiscentia (sic enim sumitur voluntas *Isaia* lxxviii, 3, *Ephes.* II, 3 et alibi) « carnis : » quod alibi dicitur esse ex carne et sanguine, in quo consistit voluntas, id est concupiscentia viri, sub quo pari ratione feminam accipe. Explicat *natura* que sit voluntas carnis, per « voluntatem viri », q. d. Voluntas, id est appetitus et concupiscentia carnis, est voluntas, id est concupiscentia viri et feminae in actu generationis; humen enim vult et appetit carnalis appetitus et concupiscentia.

Ex adverso divina generatio filiorum Dei non ex sanguinibus, nec ex voluntate et concupiscentia carnis et viri, ut et filium hominem; sed est « ex Deo », id est ex *l. i.* voluntate, predestinatione, electione, charitate. *Rursus* « ex Deo », id est ex Dei spiritu et gratia, per quam mens hominis, antea carnalis, regeneratur et justificatur, itaque homo fit spiritualis, justus, sanctus, amicus, imo filius Dei. *Denuo* « ex Deo », quia in hac hominis justificatione et regeneratione, Deus non tantum dat ei suam gratiam, spiritum et charitatem ceteraque virtutes, sed et seipsum, ut homo justificatus vere et proprie habeat in mente inhabitantem ipsi similem Spiritum, immo *spiritum* et heres Dei, ac coheres Christi, ut fuse ostendit *Osee* I, 10.

Aliter S. Augustinus hic, *tract. 2*, explicat « ex voluntate carnis ». « Carnem, sicut pro feminam posuit, quia de costa cum facta esset, Adam dixit: Hoc nunc os ex osibus meis, et caro de carne mea. Et Apostolus ad: Qui diligit uxorem suam, seipsum diligit; nam enim unquam carnem suam odio habet. Ponitur ergo caro pro uxore, quomodo et aliquando spiritus pro marito. Quare? Quia ille regit, haec regitur; ille imperare dohet, ista servire: nam ubi caro imperat, et spiritus servit, perversa dominus est. »

**44. ET VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOS.** — Sic ad Verbum habent Syrus, Persicus, *Egyptius* et *Elhi-pieus*; Arabicus vero, et *Verbum*, inquit, *factum est corpus*. « Caro » ergo hic est corpus humanum, inde homo. Illo Appollinaris heresiarcha negabat Verbum assumpsisse animam humanam et mentem; ejus enim loco asserebat esse mentem Verbi divini, ipsaque ejus divinitatem. Ita refutat S. Augustinus, heresi 53. Veram huc est heresis; fides enim docet Verbum assumpsisse; ut veram carnem humanam, sic et veram animam rationalem, ac proinde habere duas naturas integras et immixtas, scilicet divinam et humanam, ac inseparabile habere duas voluntates et duplicitem mentis, divinam et humanam; ita ut habeat naturam, cum suis potestis, subsistat in una persona Verbi, in qua persona facta est

hec uno, non a ute in natura, ut contra Nestorium definit Concilium Ephesinum, et contra Eutychetem Concilium Chalcedonense.

Ex hac autem unitate personae sequitur *primo*, ut Theologi docent, communio idiomatum utriusque naturae, ut in Christo quidquid competit humanitati et homini, id ipsum dicatur et predicetur de divinitate et Deo, ac vice versa, v. g. vere dicimus hunc hominem (Iesum) esse Deum, esse omnipotenter, esse creatorem, fuisse ab altero, atque vice versa Deum, sive Filium Dei, vere esse passum, crucifixum, mortuum: quia scilicet una eademque persona divina est in Christo Deo et homine, qui haec omnia subiit, licet secundum duas et diversas naturas: actiones enim et passiones sunt suppositorum, sive personarum, in quacumque natura illis subsistant. Audi S. Augustinum, in Dialogo 65, *Quesit. ad Orosium*, quæst. IV: « Verbum caro factum est, non carnem mutatum, ut non desisteret esse quod erat, sed coperit esse quod non erat. Assumpsit enim carnem, non se convertit in carnem. Carnem istam a parte totum hominem intelligimus, id est carnem et animam rationalem. Et sicut primus homo et carnis et anima mortuus fuerat, ita clam oportuit, ut per mediatorem Dei et hominem, hominem Iesum Christum, et carne et anima vivificaretur. »

Sequitur *secundo*, quod « Verbum factum est caro », non eo modo quo aqua fit vinum, dum mutatur et convertitur in vinum; sed sicut cibas fit caro nostra, dum in eam convertuntur; nec rursum eo modo, quo aurum fit statua, scilicet accedente ad aurum materia formam accidentaria statua, sed simili modo, quo anima et caro juncta fiunt unus homo. Ita S. Athanasius in *Symbolo*: « Unus, inquit, non confusione substantia, sed unitate personae. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. » Sed unus unus est essentialiter; Christus vero unus est personaliter. Aut eo modo, quo homo acceditate veste fit vestitus. Sollicit ut Verbo accesserit nova substantia, quasi vestis, sed substantialis, non accidentalis; substantia enim carnis et naturae vestit se Filius Dei, eamque substantialiter in eadem hypostasi Verbi sibi copulavit intimeque univit.

« Caro » ergo hic, uti et passim in Scriptura, per synecdochen Hebreis familiariter, significat totum hominem; q. d. « Verbum factum est caro », id est, Filius Dei factus est homo. Similiter modice potuisse S. Joannes dicere: « Verbum Dei factum est anima », id est, homo animatus et vivus: maluit tamen dicere caro potius quam anima, ut ostenderet quantum Dei benignitas, nostri amore, pro nobis sese exanimasset; scilicet quod Deus factus sit caro vilissima et infima, ut nos ex carne per concupiscentiam et peccatum corruptissima, fieremus quasi dii et filii Dei, ipsi que Deo consanguinei. Ita S. Cyrilus, S. Chrys-

stomus et alii. « Carnem, ait S. Cyrilus, epist. 8 ad Nestorium, animatam anima rationali unius Verbum sibi secundum substantiam, ineffabiliter factus est homo. »

*Symbolice Glossa*: Verbum, inquit, factum est caro, quasi mutatum in lac proper parvulos, ut eorum fieret cibus, preserfum in Eucharistia. Nun singula verba ad incudem revocemus, et penitus expandamus.

*Et*. — Haec vocula necit haec sententiam praecedentibus, parvum historice, parvum causitatis. Historice, q. d. Verbum illud aeternum, cuius generationem divinam enarravi, quodque dixi fuisse apud Deum, immo fuisse Deum ipsum, per quem omnia facta et creata sunt, ideoque ipsum fuisse esseque vitam rerum omnium; hoc Verbum, inquam, in tempore a Deo statuto factum est caro, dum in B. Virgine carnem nostram assumpsit, et nono post mense ex ea natum est, ac Iesu non accepit; ut *ad captiuum pro idcirco*, *ideo, haec de causa*; q. d. Verbum factum est caro, id est, Filius Dei factus est homo, haec de causa, ut filios hominum ex sanguinis et carne in peccato matos expiareret, et filios Dei efficeret, uti præcessit. Unde S. Augustinus: « Non miraremus et horremus tantam gratiam, et nobis incredibile videtur homines ex Deo nasci, quasi securitatem faciens hoc dixit », q. d. Quid mirari homines ex Deo nasci? attende ipsum Deum ex hominibus natum. Et S. Chrysostomus: « Factus est, inquit, filius hominis dilectissimus Filius Dei, ut filios hominum faceret filios Dei. »

*Verbum*. — *Grecus* ἡ ρῆση, id est illud Verbum, scilicet aeternum et divinum, de quo huc usque fuit sermo: Verbum, inquam, manens Verbum, manens in sua deitate, hypostasis, majestate et gloria divina, factum est caro, id est homo, hoc est assumptus et induit humanam naturam. Unde S. Athanasius, epist. ad Epictetum, dat simile illud, Galat. III: « Christus pro nobis factus est maledictum: Sicut enim Christus dicitur maledictum, non quod ipsum maledictum factus sit, sed quod pro nobis maledictum (id est crux) est. Qui enim investigavit sensum Domini, aut quis consularius eius fuit? Carnaliter homo non percepit ea quae sunt spiritus Dei; sed iam capiat et carnalis, quia Verbum factum est caro. Si nihil praeter carnem novit audire, ecce Verbum caro factum est; audit illud vel in carne. O homo, in carne tibi exhibet sapientia illa quandam occultam; ecce jam trahitur de occultis, et ipsis sensu ingerit sensibus carnis tuae. Carnaliter (ut jam dixerim) praedicatur Christi: Fuge voluntatem, quia positâ est mors secus introitum dei stationis. »

Verbum ergo factum est caro, id est homo, dum hominem assumpsit, hominem, inquam, existentem, sed non subsistentem. Naturam enim hominis existentem assumpsit, at non personam hominis; nec enim Verbi persona facta est persona animalis, quia hoc est impossibile. Verbum

ero assumens essentiam ex existentiam hominis, non assumpit ejus substantiam, sed essentiam et existentiam hominis: eo ipso temporis instanti, quo a Spiritu Sancto iurata et facta est, preveriens ne per se subsisteret velut persona, eamdem sibi in unitate personae sua divinae conjunxit factum ut in eadem sunsistet. Quare humanitas Christi non in se, sed in persona Verbi subsistit.

**FACIUM EST.** — *Nou* c. 300 Verbum mutatum sit in carnem, uti volebat Apolinarius, teste S. Augustinus, *hæresi* 35; nec vice versa, quod caro mutata sit in Verbum, quia, ut ait S. Chrysostomus, «longe ab illa immortalis natura est transmutatio»; qui enim caro fiat Deus, id est quomodo creatura fiat creator? *Nec tertio*, quod ex carne et Verbo, eeu dubius partibus confundat sit terrena natura, sicut ex carne et anima confundat et componebit homo, uti volebat Euthyches, cuius error damnatus est in *Concilio Chalcodicensi*. *Nec quartu*, quod Verbum factum sit caro, id est homo subsistens, quasi non solum naturam, sed et personam assumpserit, uti volebat Nestorius, quasi invento nomine virtutibus praedito, illi se adiunxit Verbum, ut Theophylactus, sicut Propheta se adjungit Spiritus Sanctus, Tobie Raphael angelus, et sagis magisque demon; sed quod carnem, id est naturam hominis, sive hypostasi univert fecerit ut in eadem subsisteret, homo Jesus, in qua subsistebat Deus Verbum, sive Deus Filius. Porro, Verbum non per imaginationem vel apparentiam et phantasmatu duxit, ut volebant Manichæi, sed re ipsa et in rei veritate, «factum est caro», id est homo: factum, inquam, non a se solo, sed a tota S. Trinitate; tota enim S. Trinitas fuit causa efficiens incarnationis Verbi, sed ita, ut ipse non ad Patrem et Spiritum Sanctum, sed ad solum Verbum, sive Filium, hypostaticem terminaretur, solusque Filius fieret homo. *Solum enim Verbum carnem ipsa Trinitas fecit*, ait S. Fulgentius, lib. *De fide ad Petrum*, cap. II.

Verbum ergo carne vestitum, fuit quasi sol nube vestitus, aut sicut ignis ferrum sibi uniens et ignians, aut sicut ignis carbo, ait S. Cyrilus. Unde ejus typus et symbolum est carbunculus, ut dixi *Apoc. xxii*, 29. Rursum fuit sicut margarita in concha, sicut fulgor in nube, sicut aurum in fornace, sicut angelus in corpore. Insuper S. Augustinus, lib. XV *De Trinit.*, cap. xi: «Sicut verbum, sit, nostrum vox fit, nec mutatur in vocem, ita Dei Verbum caro factum est, non mutatum in carnem. Et gesta *Concilia Ephesini*: «Ut cum sermo induerit litteras et elementa, visibilis fit et tractabilis; sic Verbum Dei tractabile invenitur.»

Plures de Verbi incarnatione dixi in epist. I *Joan.*, cap. xi, ad illa: «Et manus nostra conrectaverunt, ubi expendi quatuor tanti Sacramenta circumstantias, scilicet, quis, quid, cur, eum, Verbum factum sit caro; ac interalia ostendi factum esse hoc fine et fructu nostro, ut Ver-

bum quod antea qua Deus erat pater noster, vel humanitatem assumptam fieret quasi mater nostra, itaque diceretur et revera esset *πατριάτης*, id est, *patrinator*. Addidique ex Damasceno, *Deum assumpsisse hominem, ut per eum totum mundum sibi uniret et quasi deificaret; homo enim est microcosmus, sive totius mundi summa et comprehendens.*

**ET HABITAT IN NOBIS.** — *Graece ἡ τοῦ Ιησοῦ καρνατοῦ* Verbum mutatum sit in carnem, id est inter nos, ad modicum tempus, quasi hospes et peregrinus in terra aliena; erat enim civis, incola et dominus colli atque parvus, juxta illud *Jerem. xiv. 8*: «Quare quasi colonus futurus est in terra, et quasi viator declinans ad mandatum?» Vide ibi dicitur. Christus ergo sui exemplo voluit docere Christianis terram esse quasi hospitium, patriam vero esse colum, ad quod profnde, contemptis rebus terrenis, tota mente et nisu contendere debent: haec de causa homo factus, inter homines in terra quasi peregrinus versatus est, cum eis familiariter colloquens, conversans, et docens terrena relinquere et ambiare coelestia, juxta illud *Baruch*, m. 38: «Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.»

Paulo alter S. Chrysostomus et Cyrillus: «In nobis, inquit, id est in natura nostra, puta in humanitate quam assumpit, ut nos rediret (1). Causam dat S. Chrysostomus: «Deus Verbum, inquit, sibi sanctum templum construxi, ac per illud ex colis deducunt agendae vita rationem ad vitam nostram introduxit.» Citat et laudat hec S. Chrysostomi verba Theodosius, *Dialogo Inmutabilis*. Causa ergo fuit haec, ut coelestem vivendi rationem e colis afferret, illamque homines diceret.

**ET VIDIMUS GLORIAM EJUS** (2). — *Graece ἡ παρουσία*, id est spectaculum, quasi in theatro mirum novum spectaculum, ut scilicet Verbum carne velatum, in ea gloriam dei factam ostenderet, per miracula, per virtutes heroicas, per sapientiam et doctrinam divinam, etc. Sicut Apostolus ait, *I Corinth. iv. 9*: «Spectaculum (Graece, *theatrum*)

(1) *Hæc sunt Chrysostomi verba: Subdit enim: εἰ τούτον τὸν νόμον, σι καὶ διεῖται: μηδὲν absurdum suscipieris ex hoc dicto factum εστ. Non enim immutabilis natura mutationem, sed εἰσενόντες καὶ κατεργάζοντες διτελεῖ, τὸ δὲ σωτῆρα, non idem est τὸ σωτῆρα, sed aliud; aliud enim in se ipso habitat. Aliud autem dixi secundum essentialiam. Nam unione et conjunctione unum est Deus, Verbum et caro, sine ulla confusione aut essentialiaria extinzione, sed per unionem ineffabilem inexplicabilemque. Quando autem illi fit, ne queras, factum est enim, ut ipse novit,» hom. 11 in *Joan.**

(2) «Et vidimus gloriam.... et veritatem... sapientiam sunt ac separatis legenda. Graecum *τετραπλάσια*, pro quo possumus est in hoc loco latimum *vidimus*, non quecumque modo videre significat, sed *studiorum spectare, contemplari*, idque etiam ut adnotavit Kuhnel, *cum exultate et admiratione*.

facti sumus mundo, angelis et hominibus. Audi S. Augustinum: «Nativitate ista collyrium fecit, unde tercenztor oculi cordis nostri: ejus gloriam nemo posset videre, nisi carnis humiliata sanetur: caro to obsecraverat, caro to sanat; sic venit medicus ut de carne vita carnis extingueret.»

**GLORIAM QUASI UNIGENITAM A PATERE.** — Arabicus, *quasi uniti qui est a Patre*. Sensus est, q. d. *Vidimus gloriam, talam et tantam, qualis et quanta decebat unigenitum, vel quae ostenderet eum esse unigenitum* *Dei Filium*: *cui scilicet, ut ait S. Basilus, Deus Pater omnem gloriam, omnem substantiam dedit sicut solent parentes filios suis unigenitos relinquere omnem suam hereditatem*. Hanc Christi gloriam vidit S. Joannes cum sociis, in transfiguratione in monte Tabor, in gloria eius resurrectione, in ascensione in celum, in missione Spiritus Sancti, in coelesti et divina eius doctrina, vita et miraculis. Ergo vox quasi non similitudinem, sed veritatem denotat. Ita S. Chrysostomus: «Verbum quasi, inquit, hoc in loco non similitudinis est, neque parabole, sed confirmationis et definitionis certissime; q. d. *Vidimus gloriam, qualiter decebat, et credibili sit habere unigenitum et dilectissimum omnium, regem Dei Filium*.» Et Theophylactus: «Speciem gloriam, non tam qualiter habebat Moyses, vel cum qua gloria Cherubim et Seraphim Prophetæ apparuerunt: sed talis gloriam, qualiter decuit esse unigeniti a Patre, que illi naturaliter inest. Nam *velut*, hie non similitudinis, sed confirmationis et determinationis indubitate verbum est.» Et Euthymius: «Gloriam, non qualis est Sanctorum beatorum, vel angelorum, sed gloriam hominum, nam hie dicitur *et tanquam* idem significat quod vere.»

Porro gloria dei factis Christi, per carnem assumptam, quasi per velum transparuit et emulit, ait Euthymius, qui et addit: «Que autem erat illa Verbi gratia? Certe nunquam ante visa varia miracula, perluca et supernaturaliter transformata, et tempore passionis solis prater naturam obscurofum, formidabilis vel scissio, horribilis terra motus, petrarum scissiones, monumentorum apertiones, mortuorum suscitaciones, quodque omnum caput est, mirabilior quam dici aut cogitari queat, Domini resurrecio, et post hanc quacumque gloriosa Apostoli deinceps conquerierunt.»

A Patre refer ad unigeniti: hoc enim unice genitus prodit a Patre. Addit hoc, «quia, ut ait

S. Bernardus, serm. 2 *De Pentec.*, totum paternum est, quod de corde Patris Christus attulit nobis, ut nihil in Filio Dei, nisi dulce, nisi paternum humani generis trepidatio spectetur. Sublimius et magis ad litteram S. Cyrillus: «Firma, sit, et immutabilis supernaturalis illa natura est, eodemque modo semper se habens, propriis semper dignitatibus æqualiter abundat. Quamvis ergo

Verbum caro factum sit, non tamen infirmatae carnis superatum est, nec de prisca maiestate atque omnipotencia decidit, quoqiam homo factum est. Vidimus enim, inquit, gloriam Christi a Deo, sublimiorem creaturam gloriam, ut mentis quisque compos, nulli ali, quam unigenito Dei Filio, convenire illam fatetur (1).»

**PLENUM GRATIE ET VERITATIS.** — Erasmus et Casianus hæc jungunt sequentibus referuntque ad Joannem Baptizam, de quo sequitur, non ad Christum, de quo sermo precessit. Sic ergo verum et neutrum, «Plenus gratia et veritate Joannes testificatur de ipso», scilicet Iesu, quod ipse sit Christus, quia, inquit, *Graece est μέντος*, id est *plenus* in nominativo masculino. Verum hæc disputatio, versio et exppositio est contra omnes Patres, et contra perpetuum Ecclesie consensem, ac contra dispunctionem codicium Graecorum, Latinorum, Syrorum, Arabicorum, etc., qui constanter post *et veritatis*, ponunt punctum. Insuper repugnat sequentibus; nam explicans Joannes quomodo Christus sit plenus gratia et veritate, subiicit dicens: «De plenitudine ejus omnes accepimus.» Neo obstat quod in textu Graecis sit *μέντος*, id est *plenus*, tum quia in multis codicibus ponitur *μέντος*, in accusativo, id est *plenum*; in aliis *μέντος* in margine ponitur: quod si *vidimus legerem μέντος*, id est *plenus* in nominativo, tum verba procedentia legenda sunt per parenthesis, hinc modo «et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre», ut legunt Biblia Lovani, Henketi, et ita servatur idem sensus: nam *μέντος* referuntur ad *μέντος*, q. d. Verbum caro factum erat plenus gratiae et veritatis. Alludit ad verbum humanum, cuius summa lans est, si sit gratiosum et verum, sive verax; sive enim Verbum divinum, non tantum in se, que Verbum Dei Patris (quis enim de eo dubitet?), sed etiam qua caro factum, sive qua homo, in se quasi in fonte et capite, non participando, sed per se, et quasi nativa sua vi, omnibus gratia, tam gratum facientis, quam gravis transformatione, domis a Deo fuit cumulatum, atque ore et opere, in omnibus suis dictis et factis, eximiam gratiam pre se tulit, juxta illud: «Mirabantur omnes in verbis gratiae, quæ procedebant de ore ipsius», *Luc. iv. 22*. Idem fuit plenum veritatis, quia omnes erroris, item umbras legis veteris detexit, ipsamque veritatem olim a Prophetis promissa exhibuit. Insuper in ipso sunt omnes thesauri sapientiae et scientie absconditi, *Coloss. ii. 5*.

**PLENUM GRATIE (2).** — «Non enim gloriam po-

(1) Juxta alios, a Patre melius jungitor nomini *gloriam eius*, quia, cum rati grammaticam utramque interpretationem aque admittat, et hanc præteritis, plenior inde existens: nil enim prior sententia admittit, additur insuper gloriam hanc eam esse quam Verbum a Patre sibi, utpote unigenito, communicatam recepit.

(2) *Plenus gratie et veritatis*. De his ita Kuhnel in h. I.: «Respondeat formula χρήστης, καὶ ἀνθρώποις Hebreorum